Quelle: http://manuscripta.at/?ID=763
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aplus aut: Nichil habentes et omnia
possidentes. Hinc etiam vir quidam
sanctus ait: Sufficiebat nobis pauper
tas nostra vt omnia computarentur.
Item aplus inquit. Magnus ques
tus est pietas cum sufficientia. Ha
bentes igitur victum et quibus
tegamur his contenti simus. In
his nos debemus adtendere voluntatem carnis. Si valitudinem natu
plus enim appetit carnalis voluptas
quam necessitas. Quam obrem
iuste quidam dicitur vt minimum habeat
quod opus est. Iste modus seruandus
est quatenus sic mortificatur vt sin
at corpus et interim reputatur
vt non sitiat. Sic seruetur
necessitas nature vt abscidatur
superfluitas concupiscencie. Qui ali
quid habent in seculo quod mittunt
si sunt in monasterium libenter
illud velut esse commune omnibus.
Hoc enim ferebant primitiue ecclesie
filios ecclesie. Dignum enim videbatur
vt qui communem habebant gra
tiam. communes etiam haberent
substantiam. et quibus vnus
erat spiritus. vnus esset et sumptus.
Bene autem dicti est libenter. quia
hilarem datorem diligit deus. Li
benter debemus dare terrena. vt
possimus celestia comparare. Regnum
enim celorum tantum valet quan
tum habes. Nichil vilius emi
mur: nichil pretiosius emi possi
mus. Duo sunt que relinquimus opor
tet propter deum. facultate scilicet pos
sidendi et voluntatem habendi.
Hinc est quod dicit in euangelio.
Qui non renunciauit omnibus quæ
possidet non potest meus esse dis
cipulus. Et iterum. Qui vult post
me venire abneget semetipsum.
Illud pertinet ad substantiam hoc
ad voluntatem. Non enim sufficit
exteriorem relinquere substantiam
nisi interiorem abscidamus con
cupiscentiam. Unde et subditur:
Qui autem non habebant. nec ea
querant in monasterio. que nec
foris habere potuerunt. Etenim
illi qui nichil habent foris. habe
ntes. non relinquere possunt. propter
deum. scilicet voluntatem habendi.
Unde et scriptum est. Non concupis
ces. Plus enim adtendit deus af
fectum quam censum. Hinc psal
mista dicitur. Filii hominum
tuum. Quod vtique fieri non potest
nisi prius carnalis appetitus re
secetur: primum ergo iubemur in
vita deserere. deinde terrena non que
rere. vt postmodum liberius pos
simus ad celestia aspirare. Et ne
videatur pauperibus secuti. qui ad
xpm conuertuntur necessaria non de
bere ministrari. quia nichil querer
in monasterio paupertatis subiuncti
nunc est. Hoc tamen eorum infir
mitati quod opus est tribuatur:
Et ita si pauperes eorum. quia do
foris erant talis erat vt nec ipsa